

Via-Sacra

Pelo Sinal da Cruz | Per Signum Crucis

Português

Pelo sinal **+**da Cruz, livra-nos **+**de nossos inimigos, **+**nossa Deus. Em **+**nome do Pai, e do Filho, e do Espírito Santo. Amém.

Latim

Per signum **+**Crucis de inimicis **+**nostris, libera nos, **+**Deus noster. In **+**nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Confesso | Confiteor

Confesso a Deus todo-poderoso, à bem-aventurada Maria sempre Virgem, ao bem-aventurado Miguel Arcanjo, ao bem-aventurado João Batista, aos santos Apóstolos Pedro e Paulo, e a todos os Santos, que pequei demasiadamente em pensamento, palavra e obra: **bate três vezes no peito** minha culpa, minha culpa, minha máxima culpa. *Por isso rogo à bem-aventurada Maria sempre Virgem, ao bem-aventurado Miguel Arcanjo, ao bem-aventurado João Batista, aos santos Apóstolos Pedro e Paulo, e a todos os Santos, que orem por mim a nosso Senhor Deus. Amém.*

Confiteor Deo omnipotenti, beatae Mariae semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistae, sanctis Apostolis Petro et Paulo, et omnibus Sanctis, quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: **percutit sibi pectus ter** mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. *Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, et omnes Santos, orare pro me ad Dominum Deum nostrum. Amen.*

Primeira Estação: Jesus é condenado à morte | Statio Prima: Iesus condemnatur ad mortem

[Mt. XXVII:17]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. *Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.*

Considera como Jesus Cristo, já flagelado e coroado de espinhos, finalmente é condenado à morte na cruz por Pilatos de forma injusta.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. *Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.*

Considera quomodo Iesus Christus, iam flagellatus et spinis coronatus, iniuste tandem a Pilato ad mortem crucis condemnatur.

Ó adorável Jesus, não Pilatos, mas a minha vida iníqua te condenou à morte. Pelo mérito deste itinerário muito laborioso, que estabeleceste até o monte Calvário, rogo-te que me conduzas sempre, com bondade, pelo caminho pelo qual minha alma tende à eternidade. Amo-te, ó Jesus, meu Amor, mais do que a mim mesmo, e do íntimo do coração me arrependo de que te desagradei. Não permitas que eu me separe de ti novamente. Dá-me o amor perpétuo por ti, e depois faz de mim o que te agradar. O que te agradou, isso mesmo me é aceito.

O adorande Iesu, non Pilatus, sed iniqua mea vita te ad mortem condemnavit. Per meritum laboriosissimi huius itineris, quod ad Calvariae montem instituis, precor te, ut me semper in via, qua anima mea in aeternitatem tendit, benigne comiteris. Amo te, o Iesu, mi Amor, magis quam me ipsum, et ex intimo corde paenitet me quod tibi displicui. Ne sinas me iterum a te separari. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit. Quod tibi placitum est, hoc idem mihi est acceptum.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Segunda Estação: Jesus carrega a cruz | Statio Secunda: Jesus oneratur ligno crucis

[Jo. XIX:17 | Ioann. XIX:17]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera como Jesus Cristo, carregando a cruz sobre os ombros, enquanto caminhava, estava atento a ti, oferecendo ao eterno Pai a morte por ti, que estava prestes a sofrer.

Amabilíssimo Jesus, abraço todas as adversidades que me destinaste suportar até a morte, e, pelo duro sofrimento que suportaste ao carregar tua cruz, rogo-te que me concedas forças, para que eu também possa carregar minha cruz com ânimo equânime e paciente. Amo-te, ó Jesus, meu Amor; arrependo-me de que te desagradei. Não permitas que eu me separe de ti novamente. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprouver.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera quomodo Jesus Christus, portans humeris crucem, fuerit inter eundum, memor tui, offerendo pro te aeterno Patri mortem, quam erat obiturus.

Amabilissime Iesu, amplector omnes res adversas, quas mihi usque ad obitum tolerandas praefixisti, et, per durum illum, quem in portanda tua cruce pertulisti, laborem, precor te, ut vires mihi subministres, quibus ego quoque crucem meam, aequo ac patienti animo, portare valeam. Amo te, o Iesu, mi Amor, paenitet me quod tibi displicui. Ne sinas me iterum separari a te. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Terceira Estação: Jesus cai pela primeira vez sob o peso da cruz | Statio Tertia: Jesus procumbit primum sub onere crucis

[Is. LIII:4-5]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera primeiro este Jesus Cristo caído sob a cruz. Tinha a carne ferida de muitas maneiras pela cruel flagelação, a cabeça coroada com espinhos; além disso, tinha derramado tanto sangue em tamanha quantidade que mal podia mover um pé por fraqueza de forças. E, visto que era pressionado pelo pesado fardo da cruz, e impiedosamente empurrado pelos soldados, aconteceu que várias vezes, enquanto caminhava, caísse no chão.

Ó meu Jesus, não é o peso da cruz, mas o peso dos meus pecados, que te aflige com tantos sofrimentos. Rogo-te, por esta tua primeira queda, que me protejas de qualquer queda em pecado. Amo-te, ó Jesus, de todo o meu coração; arrependo-me de que te desagradei. Não permitas que eu volte a cair em pecado. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprovou.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera primum hunc Iesu Christi sub cruce lapsum. Habebat carnem ex saeva flagellatione multifarie sauciam, caput redimitum spinarum corona: profuderat insuper cruorem in tanta copia, ut vix pedem prae virium defectione, movere posset. Et quoniam gravi crucis onere premebatur, et immisericorditer a militibus propellebatur, accidit ut pluries inter eundum humi procumberet.

O mi Iesu, non est onus crucis, sed peccatorum meorum pondus, quod tantis te afficit doloribus. Rogo te, per primum hunc tuum lapsum, ut ab omni in peccatum me lapsu tuearis. Amo te, o Iesu, ex toto corde meo; paenitet me quod tibi displicui. Ne sinas me iterum in peccatum prolabi. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Quarta Estação: Jesus encontra Sua Santíssima Mãe sofrendo | Statio Quarta: Iesus fit per dolenti Matri obvius

[Lc. II:34-35]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera como tenha sido, neste caminho, o encontro do Filho e da Mãe. Jesus e Maria se olharam mutuamente, e o olhar mútuo deles foi tantas flechas pelas quais seus corações amantes eram transpassados.

Ó meu Jesus, sumamente amado, pelo doloroso sofrimento que experimentaste neste encontro, fazei que eu seja, rogo, verdadeiramente devoto de tua santíssima Mãe. Tu, porém, ó minha Rainha que sofre, intercede por mim, e obtém para mim tal lembrança do sofrimento de teu Filho, que minha mente seja continuamente retida na piedosa contemplação deles. Amo-te, ó Jesus, meu Amor; arrependo-me de que te desagradei. Não permitas que eu volte a pecar contra ti. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprovou.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera qualis fuerit, in hac via, Filii et Matris occursus. Jesus et Maria se mutuo aspexerunt, mutuique eorum aspectus, fuerunt totidem sagittae, quibus amantia eorum pectora transverberabantur.

Amantissime Iesu, per acerbum dolorem, quem in hoc occursu expertus es, redde me, precor, sanctissimae Matris tuae vere devotum. Tu vero, per dolens mea Regina, intercede pro me, et obtine mihi talem cruciatum Filii tui memoriam, ut mens mea in pia illorum contemplatione perpetuo detineatur. Amo te, o Iesu, mi Amor; paenitet me quod tibi displicui. Ne sinas me iterum in te peccare. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

Quinta Estação: Jesus é ajudado pelo Cireneu a carregar a cruz | Statio Quinta: Iesus in baiulanda cruce a Cyrenaeo adiuvatur

[Mt. XXVII:32]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera como os judeus, vendo Jesus que a cada passo quase exalava a alma por causa do cansaço, e temendo, por outro lado, que aquele a quem queriam submeter ao suplício da cruz morresse no caminho, obrigam Simão Cireneu a carregar a cruz atrás do Senhor.

Ó dulcíssimo Jesus, não quero, como o Cireneu, rejeitar a cruz; de bom grado a abraço e a acolho em mim; abraço em particular a morte que me determinaste, com todas as dores que ela há de trazer consigo. Uno-a à tua morte e, assim unida, ofereço-a a ti em sacrifício. Tu morreste por amor de mim; quero eu também morrer por amor de ti, com esta intenção: fazer-te algo que te seja agradável. Tu, porém, ajuda-me com a tua graça. Amo-te, ó Jesus, meu Amor; arrependo-me de que te desagradei. Não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprovou.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera quomodo Iudei, videntes Iesum ad quemlibet passum animam propemodum prae lassitudine efflantem, et timentes ex altera parte ne, quem crucis supplicio affectum volebant, in via moreretur, compellant Simonem Cyrenaeum ad baiulandam crucem post Dominum.

O dulcissime Iesu, nolo sicut Cyrenaeus, repudiare crucem, libenter eam amplector in meque recipio, amplector speciatim quam mihi praefiniisti mortem cum omnibus, quos haec secum adductura est, doloribus. Coniungo eam cum morte tua, sicque coniunctam eam in sacrificium tibi ofero. Tu amore mei mortuus es; volo ego quoque mori amore tui, ea mente ut rem tibi gratam faciam. Tu vero adiuba me tua gratia. Amo te, o Iesu, mi Amor, paenitet me quod tibi displicui. Ne sinas me iterum tibi displicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Sexta Estação: Jesus limpa o rosto com o sudário de Verônica | Statio Sexta: Iesus Veronicae sudario abstergitur

[Is. LII:14]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera como aquela santa mulher Verônica, vendo Jesus consumido de dores e seu rosto ensopado de suor e sangue, estende a ele um lenço no qual ele, tendo enxugado o rosto, deixa impressa a sagrada imagem de si mesmo.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera quomodo sancta illa femina Veronica, videns Iesum doloribus confectum eiusque vultum sudore ac sanguine madidum, porrigat ei linteolum in quo ipse, abstersa facie, sacram sui imaginem impressam relinquit.

Ó meu Jesus, antes teu rosto era formoso; mas neste caminho já não aparece formoso, mas está completamente desfigurado por feridas e sangue. Ai de mim! Quão formosa também era minha alma, quando havia recebido a tua graça pelo batismo: pecando, depois a tornei desfigurada. Tu somente, meu Redentor, podes restituir-lhe a primitiva beleza; para que o faças, pelo mérito da tua Paixão, te rogo. Amo-te, Jesus, meu Amor; arrependo-me de que te desgradei; não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprouver.

O mi Iesu, formosa erat antea facies tua; verum hac in via non amplius formosa apparet, sed est vulneribus et crurore omnino deformis. Hei mihi! quam formosa quoque erat anima mea, cum gratiam tuam per baptismum recepisset: peccando eam postea deformem reddidi. Tu solus, mi Redemptor, pristinam venustatem ei restituere vales; quod ut facias, per tuae Passionis meritum te precor. Amo te Iesu, mi Amor; paenitet me quod tibi displicui; ne sinas me iterum tibi displicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Sétima Estação: Jesus cai pela segunda vez sob o peso da cruz | Statio Septima: Iesus procumbit iterum sub onere crucis

[Sl. LIX:2 | Ps. LIX:2]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera a segunda queda de Jesus Cristo sob a cruz, na qual, por essa queda, todas as feridas veneráveis da cabeça e de todo o corpo do Senhor dolorosamente se recrudesceram, e todos os sofrimentos se renovaram.

Mansíssimo Jesus, quão frequentemente me concedeste perdão! Eu de fato, nos mesmos pecados recaí, e minhas ofensas contra ti renovei. Pelo mérito deste teu novo tropeço ajuda-me, para que em tua graça até a morte persevere. Faz que em todas as tentações que me hão de acometer sempre me recomende a ti. Amo-te de todo o meu coração, Jesus, meu Amor; arrependo-me de que te desgradei: não permitas que eu novamente te desgrade. Dá-me amor perpétuo por ti, e depois faz de mim qualquer coisa que te aprouver.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera alterum Iesu Christi sub cruce lapsum, quo lapsu per dolenti Domino omnes venerandi capitis et totius corporis plagae recrudescent, omnesque cruciatus renovantur.

Mansuetissime Iesu, quam frequenter concessisti mihi veniam! Ego vero in eadem relapsus sum peccata, measque in te offensas renovavi. Per meritum novi huius tui lapsus adiuva me, ut in gratia tua usque ad obitum perseverem. Fac ut in omnibus, quae me invasurae sunt, temptationibus me tibi semper commendem. Amo te ex toto corde meo, o Iesu, mi Amor; paenitet me quod tibi displicui: ne sinas me iterum tibi displicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Oitava Estação: Jesus dirige-se às mulheres chorando | Statio Octava: Iesus plorantes mulieres alloquitur

[Lc. XXIII:27]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera como as mulheres, vendo Jesus exausto de cansaço e escorrendo sangue enquanto caminhava, se comovem de compaixão e derramam lágrimas. Voltando-se, porém, para as que choram, disse: "Não choreis, disse ele, por mim, mas por vós mesmas e por vossos filhos."

Ó Jesus que sofres, pranto meus pecados em Ti, pelos castigos com os quais me fizeram digno, mas principalmente pela ofensa que te causaram, a ti que me amaste tanto. Ao choro não tanto o inferno, mas o amor por ti me excita. Ó meu Jesus, amo-te mais do que a mim mesmo; arrependo-me de que te desagradei; não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprovou.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera quomodo mulieres, videntes Iesum lassitudine exanimatum et cruento inter eundum diffluentem, commiseratione permoveantur, lacrimasque profundant. Ad flentes autem conversus: "Nolite, inquit, flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros".

O perdolens Iesu, defleo mea in te peccata ob poenas quidem quibus me dignum reddiderunt, sed maxime ob molestiam quam tibi intulerunt, tibi qui me tantopere amasti. Ad fletum minus infernus quam amor tui me excitat. O mi Iesu, amo te magis quam meipsum; paenitentia me quod tibi displicui; ne sinas me iterum tibi displicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Nona Estação: Jesus cai pela terceira vez sob o peso da cruz | Statio Nona: Jesus procumbit tertium sub onere crucis

[Is. LIII:7]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera o terceiro tropeço de Jesus Cristo sob a cruz. Ele cai porque era grande demais a sua fraqueza, e grande demais a crueldade dos carrascos, que queriam que acelerasse o passo, enquanto mal podia dar um único passo.

Ó Jesus que habitas inclemente, pelo mérito daquela fraqueza de forças, com a qual quiseste trabalhar no caminho para o Calvário, tanto, rogo, fortalece-me em vigor, para que não tenha mais nenhum respeito pelos juízos humanos, e domine minha natureza viciosa: pois ambos foram a causa de eu ter desprezado outrora a tua amizade. Amo-te, ó Jesus, meu Amor, de todo o meu

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera tertium Iesu Christi sub cruce lapsum. Procumbit quia nimia erat eius debilitas, et nimia saevitia carnificum, qui volebant ut gressum acceleraret, dum vix unum gradum facere posset.

O inclementer habite Iesu, per meritum illius virium defctionis, qua in via ad Calvarium laborare voluisti, tanto, precor, me vigore conforta, ut nullum amplius ad humana iudicia respectum habeam, ac vitiosam meam naturam edomem: quod utrumque in causa fuit cur tuam olim amicitiam contempserim. Amo te, o Iesu, mi Amor, ex toto corde meo; paenitentia me quod tibi displicui: ne sinas me iterum tibi displicere. Da mihi

coração; arrependo-me de que te desgradei: não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprovou.

perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica
1x Salve Maria | Ave Maria
1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Décima Estação: Jesus é despojado das vestes | Statio Decima: Iesus vestibus spoliatur

[Mt. XXVII:35]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera quão violentamente Jesus é despojado de suas vestes. Pois, como a veste interior aderida estreitamente à carne dilacerada pelos açoites, os carrascos, arrancando a veste, também lhe arrancam a pele. Que a compaixão do teu Senhor te sobrevenha, e assim lhe dirige a palavra:

Inocentíssimo Jesus, pelo mérito da dor que sofrestes durante este despojo, ajuda-me, rogo, para que eu remova todo afeto voltado às coisas criadas, e com toda a inclinação da minha vontade me converta somente a ti, que és digno de meu amor em excesso. Amo-te de todo o meu coração; arrependo-me de que te desgradei; não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprovou.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera quam violenter Iesus vestimentis suis spoliatur. Cum enim vestis interior arcte carni flagellis dilaniatae adhaereret, carnifices, avellendo vestem, cutem ei quoque avellunt. Subeat te commiseratio Domini tui, eumque sic alloquere:

Innocentissime Iesu, per meritum doloris quem inter hanc spoliationem passus es, adiuva me, precor, ut omnem in res creatas affectum exuam, et tota voluntatis meae inclinatione ad te solum convertar, qui meo nimis dignus es amore. Amo te ex toto corde meo; paenitet me quod tibi displicui; ne sinas me iterum tibi displicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica
1x Salve Maria | Ave Maria
1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Décima Primeira Estação: Jesus é pregado na cruz | Statio Undecima: Iesus clavis affigitur cruci

[Lc. XXIII:33]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera como Jesus é lançado na cruz, e com os braços estendidos, oferece sua vida em sacrifício pela nossa salvação ao Pai eterno. Os carrascos o pregam com pregos, depois erguem a cruz, e, pendurado no infame madeiro, o entregam à morte cruel.

Ó Jesus tão desprezado, pregai meu coração aos teus pés, para que, atado pelo laço do amor, permaneça sempre contigo, e nunca mais seja arrancado de ti. Amo-te mais do que a mim mesmo; arrependo-me de que te desgradei; não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprouver.

Considera quomodo Iesus in crucem coniciatur, et extensis brachiis, vitam suam in sacrificium pro nostra salute aeterno Patri offerat. Carnifex clavis eum affigunt, dein erigunt crucem, et infami patibulo suffixum saevae morti permittunt.

O contemptissime Iesu, affige pedibus tuis cor meum, ut amoris vinculo ligatum semper tecum remaneat, necque amplius a te avellatur. Amo te magis quam me ipsum; paenitet me quod tibi dislicui: ne permittas me iterum tibi dislicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Décima Segunda Estação: Jesus morre na cruz | Statio Duodecima: Iesus moritur in cruce

[Jo. XIX:30 | Ioann. 19:30]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera Jesus pregado à tua cruz, que, após lutar com a morte por três horas, finalmente consumido pelos sofrimentos entrega o corpo à morte, e, inclinando a cabeça, entrega o espírito.

Ó Jesus morto, beijo, movido intimamente pelo sentimento de piedade, esta cruz na qual tu, por minha causa, completaste o fim de tua vida. Pelos pecados cometidos mereci para mim uma morte infeliz; mas tua morte é minha esperança. Pelos méritos de tua morte, concede-me, rogo, que no abraço de teus pés eu algum dia entregue meu último espírito, ardendo pelo teu amor. Nas tuas mãos recomendo meu espírito. Amo-te com todo o meu coração; arrependo-me de que te desgradei: não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprouver.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera tuum cruci suffixum Iesum, qui post trium horarum cum morte luctam, doloribus tandem consumptus addicit corpus morti, et inclinato capite emittit spiritum.

O mortue Iesu, exoscular, pietatis sensu intime commotus, hanc crucem in qua tu, mei causa, vitae tuae finem implevisti. Ob commissa peccata infelicem mihi mortem promerui; sed mors tua est spes mea. Per mortis tuae merita, concede mihi precor, ut in amplexu pedum tuorum extremum spiritum, tui amore flagrans, aliquando reddam. In manus tuas commendo spiritum meum. Amo te ex toto corde meo; paenitet me quod tibi dislicui: ne sinas me iterum tibi dislicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Décima Terceira Estação: Jesus é descido da cruz | Statio Decima Tertia: Jesus deponitur de cruce

[Lc. XXIII:50-51]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera como dois dos discípulos de Jesus, José e Nicodemos, o retiram exausto da cruz e o colocam nos braços de Sua dolorosa Mãe, que recebe com imenso amor o Filho morto e O envolve estreitamente em seus braços.

Ó Mãe que gemes, pelo amor com que amas teu Filho, recebe-me em teu servo e roga a ele por mim. Tu, porém, ó meu Redentor, visto que por mim morreste, faz favor para que eu te ame; a ti, de fato, só quero, nem fora de ti desejo qualquer outra coisa. Amo-te, ó meu Jesus, arrependo-me de que te desagradei: não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprouver.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera quomodo duo ex Iesu discipulis, Iosephus nempe et Nicodemus, eum exanimatum de cruce tollant et inter brachia perdolentis Matris reponant, quae mortuum Filium peramanter recipit et arcte complectitur.

O moerens Mater, per amorem quo Filium tuum amas, accipe me in servum tuum et precare eum pro me. Tu vero, o mi Redemptor, quoniam pro me mortuus es, fac benigne ut amem te; te enim solum volo, nec extra te aliud quidpiam mihi opto. Amo te, o mi Iesu, paenitent me quod tibi displicui: ne sinas me iterum tibi displicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Décima Quarta Estação: Jesus é sepultado | Statio Decima Quarta: Iesus sepulcro conditur

[Mt. XXVII:59-60]

V. Adoramos-te, Cristo, e bendizemos-te.

R. Porque por tua santa cruz redimiste o mundo.

Considera como os discípulos levam exausto o Redentor ao lugar do sepulcro. A Mãe que gemes os acompanha, e com suas próprias mãos acomoda o corpo do Filho para a sepultura. Então o sepulcro é fechado, e todos se retiram do lugar.

Ó Jesus sepultado, beijo esta pedra que te encerra; mas após três dias ressurgirás do sepulcro. Pela tua ressurreição, fazei, rogo, que eu ressuscite glorioso contigo no último dia, e venha ao céu, onde sempre unido a ti, te louvarei e amarei eternamente. Amo-te, e dói-me que te tenha desagrado: não permitas que eu volte a te desagradar. Dá-me amor perpétuo por ti, e então faz de mim o que te aprouver.

V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi.

R. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Considera quomodo discipuli exanimem Redemptorem ad locum sepulturae deferant. Moerens Mater eos comittatur, et propriis manibus corpus Filii sepulturae accommodat. Sepulchrum dein occluditur, et omnes a loco recedunt.

O sepulte Iesu, exosculor hunc, qui te recondit, lapidem; sed post triduum ex sepulcro resurges. Per tuam resurrectionem fac me, precor, extremo die gloriosum tecum resurgere, et venire in caelum, ubi tecum semper coniunctus, te laudabo et in aeternum amabo. Amo te, et doleo quod tibi displicui: ne sinas me iterum tibi displicere. Da mihi perpetuum amorem tui, et dein fac de me quidquid tibi placuerit.

1x Oração do Senhor | Oratio Dominica

1x Salve Maria | Ave Maria

1x Pequena Doxologia | Doxologia Minor

Sinal da Cruz | Signum Crucis